

Eiusdem Perionij in li-

BRVM ARISTOTELIS DE

sensu & iis quæ sensibus percipiuntur Observations.

In primum caput.



Ristotelis de animo libros treis cū anno superiore ederemus, instituti nostri esse diximus, ea quæ ante alii in libris notauisemus, non repetere, iis de causis, quæ ibi expositæ sunt. Itaque ut institutum nostrum persequamur, hoc primum notatione dignum visum est, quod inscriptio declarat, *Aristoteles de sensu & observatione animalium.* Sic enim in Græco habetur, cum omnes qui hunc libellum ante me conuerterunt, numero singulare auctoritate legisse videantur. Conuertunt enim omnes eodem numero, aliij de sensato, aliij de sensili. Quo autem modo ea nomina quæ in tòi excent, conuertendasint, cum aliis locis sepe, tum in libro de optimo genere interpretandi longa sane oratione diximus, ibique docuimus auctoritatem sensile dici non oportere. nec verò ad poëtas cum latine loquendum est, sic reuocandi sumus, ut quod illi dixerint, nobis idem licitum sit dicere. Quod cùm multis in verbis nemo mihi negare posset, non video, cur eorum in hoc aliisque eiusdem generis, mihi obsecere possint auctoritatē. Qui si ita pertinaciter in hac sua veteri sententia permanet, ab ea ut ullam ratione abduci nō possint, loquantur sane ut volent, dum modò per eos nobis liceat Ciceronem, id est bene & ornatè dicendi preceptorem imitari. Neque enim asinum à carduis & stramento ad aurum potes conuertere, & tamen idem nos ab auro reuocare non conatur. At non est simile inquietant isti. Sane dissimile est, fateor. Nam si qua similitudo esset, id est, si asinus aliqua ex parte rationis esset particeps, non esset mihi quidem dubium, quin aurum stramento anteponeret. Quæ enim rationis vis est, nisi ut bona à malis inter-

A

noscamus! & meliora anteponamus deterioribus? Quæ autem in quoque genere meliora sunt, nisi quæ à melioribus sapientioribusque cuiusque artis & instituti hominibus probata sunt? Quid si Cicero, cū de bene dicendi ratione ac disciplina queritur, unus ita omnibus præstat, ut eum unum optimum dicendi auctorem & veteres omnes, & posteriores appellare non dubitauerint, eum qui sequentur in hoc genere ducem, minime aberrabunt: ex quo intelligitur, quām imperitè & præpostere faciant ī, qui legēndis omnibus, non solum qui prosa oratione, sed etiam versa aliquid scriperunt, quædam vocabula eligunt & conséctatur, quorum usum inuehentes, patrocinii vel inertie sue vel ignoracioni, vel utriusque se inuenisse gloriantur. Sed ad institutum reuertamur. Quoniam numero multitudinis auctoritatis inueni, eundem numerū in conuertendo mihi tenēdum censui. dixique de iis quæ sensibus percipiuntur, ut Cicero in libro 4. Academicarum questionum, At qui qualia sunt hæc quæ sensibus percipi dicimus, talia sequentur ea quæ non sensibus ipsis percipi dicuntur, sed quodammodo sensibus, ut hæc. Illud est album, & quæ sequuntur. τὰ αἰδητὰ enim, & τὰ αἰαλοθετικά his verbis translatis. Alius enim modis dicere potui, ut ea quæ subiiciuntur, aut subiecta sunt, aut res quæ subiectæ sunt sensibus, & quæ sub sensum cadunt. Quæ quidē conuertendigenera aliisque quæ in libro quem paulò ante nominauit, exposita sunt, quis non facile ac citò intelligat? Quis est contraria, qui illa duo, sensatum, & sensile, (nam sensibile mihi clarissimum videtur) facile intelligere posse, qui non in philosophia multum sit diuque versatus? Equidem fateor me, cum ad hunc librum eo anno qui est curriculi philosophie studiosis prescripti constitutus tertius accessissim, vix aut ne vix quidem sensatum intelligere potuisse.

καὶ νέοτος οὐ γέρων, i. adolescentia & senectus.) νέοτος ab aliis inuentus etiam in eo libro qui τῶοι νέοτος inscriptus est, dicitur. à me autem adolescentia appellatur. Sic enim Cicero in libro de Senectute conuertit, Sunt pueritia certa studia: num igitur ea desyderant adolescentes? Sunt & inueniuntis adolescentiæ: num ea iam costans requirit etas, quæ dicitur media? Sunt etiam huius etatis, ne ea quidem in senectute queruntur. Qui cum librum euoluet, is quām crebrè adolescentiam & adolescentes dicat, & quām raro aut vix potius inuentur, & inuenies intelliget. Comparat enim fere adolescentem cum sene, ut eo loco. At sperat adolescens

diu se victurum, quod sperare senex non potest. Inuentutem autem interdum dicit, sed pro multitudo fere adolescentum, ut eodem libro, Ut enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, leuiorque fit eorum senectus qui à inuentute coluntur & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studiaducuntur. Interdū etiam pro ætate, sed quoniam id perraro facit, illud autē quod de adolescentiæ verbo dixi sepiissime, ita omnibus faciēdū cesso. Imitatio enim in iis consistit quæ in eo quæ imitari volumus, & maiora & crebriora eluent. Quid enim infelicius iis hominibus, qui si quod verbū semel in Cicerone aut in alio scriptore legerint, id ita crebris sermonibus usurpant, ut ab eo nunquam velint discedere? Sed de hoc toto genere in eo libro quæ de imitatione Ciceronis iamdiu meditor, plura dicemus.

αἱ δὲ σλα τῷ ἐξωθεν αἰσθήσεις, τοῖς πορθμοῖς αὐτῷ δι' ὀσφῆσις καὶ αἴσθησις, οὐ ψίσ, πᾶσι μὲν τοῖς ἔχοισι, σωτηρίας οἵεις ὑπάρχουσιν, οἶπεις διώκωσις περιασθενόμενα τὸν τροφῶν, καὶ τὰ φῶλα. Σ τὰ φθεγγιαὶ φύγοι, τοῖς δὲ καὶ φονίσεις τυγχάνεισι, τὰ εὖ ἐνεκεῖ. It autem sensus qui à rebus extrinsecus adhibitis oriuntur, ut odoratus, ut auditus, ut aspectus, iis animantibus quæ gradiente omnibus quæ quidem iis prædicta sint, conseruationis salutisque causa dati sunt, ut & præsentiendo pastum querant, & exitiosum pestiferūque declinent. Iis autem quæ etiam prudentia prædicta sunt, sensus eosdem natura attribuit ornatus dignitatisque causa.) Οτηρία hoc loco, id est conseruatio ad necessitatē refertur, & εὖ ad id quod necessarium est. Itaque τοῦ δὲ εὐεργεστοῦ ad ornatum dixi, quemadmodum pauoni caudam Cicero ad ornatum datam esse dicit, quædāque membra homini in 3. de Finibus lib. Alia autem nullam ob utilitatem, sed quasi ad quendam ornatum, ut cauda pauoni, pluma & versicolores columbis, viris mammæ atque barba. Π φῶλαν & τὴν φθεγγιαὶ φλυτηρὸν, Cicero cùm ad pastū & cibū refertur, pestiferū & exitiosum dicit, ut καὶ αἴσθησις, salutare. In 2. de Natura deorū, Bestias autem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum. Eodem lib. Dedit autem eadē natura bellus & sensum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutaribus. Ego legēdū puto in priore membro, Ad salutares pastus, & in postiore masculino genere, pestiferos, quoniam pastus nomen antecēbit. Quod

A ij

PERIONII OBSERV. IN LIB. DE SENSU

autem ait Cicero, secernerent, est apud Aristotelē hoc in libro superiore comprehensione, Διαιρέσιν. Σὺ δὲ καὶ σκοτίαν τὴν τοῦ λυπηρὸν πολὺ πᾶν τροφῶν. Hic enim sensus salutarem cibum à pestifero secernit. Dicit interdum discernit, sed internoscere & secernere sapienter.

In secundum caput.

τοιάσι δὲ πάντες πᾶν ὄψιν πυρὸς, μὴ τὸ πάθον ποὺς ἀγνοεῖν πᾶν αἴτιον. Θλίβομέν τοι καὶ καταμένεις τὸ ὄφθαλμόν, φαύεται πῦρ ἐκ λάρη πονοῦντος δὲ εἰς σκότον τοῖς φυκαῖς συμβάνειν, καὶ τοῦ βλεφαρίων ἐπικακλυμένων, id est Faciunt autem omnes aspectum νην naturāmque igneam imitari, quod causam alicuius effectus ignorent. Cum enim premitur, torqueturque oculus, tum ignis species elucere ac prodire videtur, quod in tenebris, vel cum palpebre obductae sunt, solet contingere.) Cicero quidam simile dicit in quarto Academicarum questionum libro, Itaque Timagoras Epicureus negat sibi νην quam cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse νηνas. Θλίβεται autem comprimi dicitur, καὶ κατεῖται hoc loco torqueri. Sic enim hoc accedit. πάθος autem hoc loco euētus & effectus valet. Est enim id quod à causa efficiente fit.

ἐπεὶ εἴ γε πῦρ λῶ, καὶ θάπτει ἐμπαθεκλῆς φυσι, καὶ εἰ τῷ τιμωρῷ γέγενται, καὶ σωτεῖσαι τὸ ὄφαλον εἰσίντες ἀπερεῖσι λαμπτῆρος τῷ φωτὸς, οὐδὲ τὸ καὶ εἰ τῷ σκότῳ ὄφαλος αἱ ὄψις, τὸ δὲ ἀρροσθεννυθεῖ φῶνται εἰ τῷ σκότῳ θλίψει ὀπτεῖσι τὸ τίμωντα λέγει, κανόντει παντελῆς, & cetera. Alioqui si ignis esset quemadmodū & Empedocli placet, & in Timaeo scriptum est, aspectusque excuntem quasi ex lucerna lumine eueneret, cur etiam in tenebris oculi non cerneret? Nam aspectum extinguiri dicere in tenebris, cum exit, id quod Timaeus confirmat, prorsus nihil est, & cetera.) Aristoteles hoc loco Empedoclis & Platonis sententiam de ratione aspectus refellit. Et Empedoclis quidem versus quibus mentem suam de hac re explicauit, paulò infra afferit. Platonis autem verba non protulit. Itaque ex Timaeo non erit alienum proferre. Sunt autem in posteriore loco vacuo, eorumque in Cicerone desiderantur, quem totum locum & superiore conuertimus, cum observationes in eum Ciceronis librum qui de universitate vulgo inscriptus est, edidimus. Sunt autem hæc verba Platonis ex Timaeo, τῶν δὲ οργάνων περὶ τὸν μὲν φωσφόρα παντεπιτελέ

ET IIS QVAE PERCIP. SENSIBVS.

οῦματα θιάσει εἰδήσειτε αὐτά, τὸ πυρὸς οὖσν τὸ μὲν κολψίν τὸν ἔχει, τὸ δὲ πρέχειν φῶς ἔμερον, οἰκεῖον ἐνθάσις ἡμέρας (θέμα ἀμφιχανήσατε γίγνεσθε. τὸ γαρέστος ἡμέρα ἀδελφὸν ὃν τὸν πῦρ ἐπίγειον εἶδε τὸν ὄμματα των ἑστῶν καὶ πυκνόν. ὅλεν μὲν μάλιστα δὲ τὸ μέσον εὑμπλήσειτε τοῦ ὄμματον. ὡς τὸ μὲν δήλο, οὖσν παχύτορον σέγειν πᾶν. τὸ δὲ μόνον αὐτὸν θερόν διηγεῖν. οὖταν δὲ μεθιμεῖσιν δὲ φῶς τούτο τὸ τῆς ὄψεως φύσιμα, τὸ περιπίπτον ὄμειον πέρις ὄμειον εὑμπαγχεῖς γενόμενον, οὐ σῶμα οἰκεῖον εὖν ἔτη καὶ τὸν τὸν ὄμματων μὴ θυσεῖσθαι αὐτορέσθι τὸ προσώποι, εἰδοῦσεν, περὶ δὲ τὸ ἔξω εὑνέπεσεν. ὄμοιος αἱδεῖς δὲ διὰ ὄμοιοτητας πᾶν γενόμενον, ὃ τοπει αὐτῷ περὶ ἐφάπτηται, καὶ διὰ ὅμειν τούτων τὰς κυνήσεις Διάδημα, εἰς δὲ πάντα τὸ σῶμα μέχρι τῷ φυχῆς αἴσθησιν πρέσχε ταῦτα, δηλοῦσσα φωτίν. ἀπελθόντες δὲ εἰς νύκτα τὸ συγγενές πυρὸς απρέτηται. πέρις τοῦ αὐτόμειον θέματος δηλοῖται τε αὐτὸν καὶ ητασθεῖν του. i. Membrorum autem primum oculos luciferos fabricati sunt, eosque hac de causa colligantur. Quicquid ignis minimè incedit, lumenque suave præbet, suum cuique diei & proprium esse voluerunt. Nam qui in corporibus nostris insitus est ignis huius germinans, eum Deus liquidum & purum, ab oculis fluere ac labi voluit, cum id omne quod in oculis lœve ac densum & solidum est, ac multo magis quod medium est explenuisse. Ita quod in illis est crassius id omne cohibitum, quod rarius & purius solum euolauit. Cum igitur lumen diurnum in oculorum radios diffunditur, tum parac similis ignis cum simili fusus & concretus, unum corpus aptum ac familiare cum illo efficit, oculorum acie in eum locum rectè intenta, quo loco ignis interioris & ignis externi fit concursio. Ita totum lumen consensione quadam mutuaque conuenientia cum adeptum est propter similitudinem, quicquid arripuerit, aut quicquid ipsum, id cum pulsū agitauit in omni corpore usque ad animum sensum eum quo cernimus excitat. Cum vero noctu cognatus ignis abscessit, dissipatur. Nam ad ignem alterius generis erumpens ipse commutatur & extinguitur, &c. Atque hec Plato, quibus cum Aristotelis verbis collatis, facilior erit huius loci sententia.

In tertium caput.

οὐ δέχεται μὲν καὶ πράλλελα οὐδέμενα τὸ λυπικὸν οὐδὲ λαχεῖται, ὡς τε εἰκότορον αἴρεται εἰν τοῦ σημιτρόπτη, τὸ δὲ ἄμφοιν ὁρατὸν τὸ γίγνεσθε

A iii

id est fieri enim potest, ut etiam inter se ita candor & nigror conponantur, & misceantur, ut neuter propter paruitatem sub aspectum cadat, is autem qui ex utroque temperatus concretusque sit, ita denique cernatur.) πράλληλα τιθέντες τὸ λαύκων καὶ τὸ μέλαν, non iuxta se ponit, sed inter se componit & misceri seu temperari hic dicendum arbitror, nō solum quia illud latinum non est, sed quia hoc loco de compositione & temperatione colorum Aristoteles agere incipit, quot modis ipsi inter se, veterum sententia, ut nō nullis placet, misceri temperari que possint. Duobus enim modis misceri dicit hoc loco, uno τῷ τρόπῳ πράλληλα θέτει, quod veteres de minimis coloribus qui per se non mouent sensum, intelligebant, mixti autem mouent: altero, cum multi ita miscentur temperanturque inter se, ut unus emineat. τὸ τρόπῳ πράλληλα θέτει, colorū inter se compositionem temperationēmque dico. Quanquam hoc etiam dici potest, colores inter se comparari, idque declarat quod paulò infra tertio ferè versu dicit, τείαχοι περὶ δύο, καὶ τεία περὶ τεσταρακήν καὶ τὸ μούρον αἰθρίου τῇ πράλληλα κατέδι. Proportionem enim his verbis, quam λέγει paulò ante vocat, intelligit.

λέγει γε αὐτὸν τὸ τρόπῳ πολλοῖς περὶ τὰ οὐ βαθέται, i. præsertim cum eorum qui eminent, cum iis qui subiecti sunt, quedam sit comparatio & proportio.) τὸ τρόπῳ πολλαχοῦ, coloris dicitur in temperatione, qui eminent. Cicero in 4. Academicarū quæstionum libro, Quām multa vident pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus? πωλῶ & ἐπιπολῶ eminentiam mihi videtur dicere. In aliis etiam extare dicitur. & δὲ οὐ βαθέται πολλαχοῦ, vel εἴσοντει πλούτον, sic enim etiam eū vocat colorē hoc loco) eum appellat, qui subiectus est alteri, quod faciunt pictores, qui ut ipse ait hoc loco, ἐτορχεύονται σφ' ἐτορχεύονται σφ' παλαιόφσι. i. alium colorem in alium evidentiorem iniiciunt & inducent.

χειρὶ γαρ ἵσται καὶ τὸ τρόπῳ χυμὸν ἔδη Θὰ τὰ χρωμάτων εἰσίν. ἐπίστια γε αἴρετορχεύονται σφ' οὐλόχρης τὸ φαλὸν μέλαν τὸ τίναλον λεπτον τὸ σφένδην μὲν τὸ λαύκων ὁστεοφρόν τὸ λαύκεως. τὸ φοινικὸν δὲ καὶ ἀλευρίζον καὶ πλειστον τὸ κυανόν μεταξὺ τὸ λαύκων καὶ τὸ μέλανος. τὰ δὲ δύλα μικτὰ εἰν τὰ ταῦ, i. ferè enim totidem sunt saporum genera, quot colorum. Septem enim genera utraque ex parte constituti possunt, ut recte fuscum nigrum quendam colorem esse dicamus. Ita

relinquitur, rutilum albi genus esse, ut pingue saporem dulcedinis. Phœnicus autem, purpureus, prasinus, & cæruleus medium locum inter album nigrumque obtinent. Alij verò ex his mixti temperatiq; sunt.) Aristoteles idem in secundo de animo lib. octo saporū genera esse vult, cum hoc loco septem tantum faciat. Quod ne quis ei ut minimè sibi constanti obiceret, paulò suprà secundo ferè versus falsum & amarum ferè idem valere dicit his verbis, τὸ δὲ ἀλμυρὸν καὶ πηρὸν χειρὸν τὸ αὐτό. Itaque quod ibi de numero quæ tradit, dixi, in eo rationis habui libri quæ interpretabar. Nunc autem septem tantum esse ut saporum, sic colorum genera superiori adhibita distinctione dicamus. In numero igitur utriusque & saporis & coloris generū, Theophrastus Aristotelis præceptoris secutus est & sententiam & auctoritatem. Is enim in 6. de causis eorū quæ terra ex se fundit, idem iisdem ferè verbis confirmat, quæ in libris de Animo protuli. Atque hoc quidem loco Aristoteles septem colorum genera facit ille quidem, sed non prima. Idque ex eo facile intelligi potest, quod ξενόδοι albū esse dicunt, φοινικὸν verò & λαγερὸν, πεπονὸν & κυανὸν. ex albo nigrōque constare. Itaq; duo sunt prima genera coloris, albus & niger. Secunda quinque quæ sequuntur. Extrema penè innumerabilia, eorum qui ex superioribus vel omnibus, vel aliquibus mixti temperatiq; sunt. Ac prima quidē genera ex eo sumuntur, quod cædor & nigror extrema sunt contraria. Secunda autē, ex eo quod ex albo & nigro sint ut contraria quæ alia interiecta habeant. Extrema verò, quod ex illis omnibus vel aliquibus. In libro autem de coloribus duo colorum genera facit, alterum eorum qui simplices sint, alterum qui ex iis temperentur. Simplices ex elementis intelligit, ut album, & nigrum, & rutilum, vel ut alijs interpretantur flauum. Cæra enim, aquam & terram natura sua alba esse, ignem rutilum, nigrorum autem colorem comitem elementorum esse, cum aliud ex alio oritur. Ceteros autem colores concretos mixtōsque ex his tribus esse ponit. Atque hæc quidem de colorum generibus. Quo autem nomine vel appellandisint, vel ex græco in latinum versendi, nemini in dubium venire potest, si de albo & nigro, i. λαύκων καὶ μέλανι queratur. Sunt autem alijs permulti, qui dubitationem afferant. Veluti τὸ ξενόδοι χρῶμα alijs flauum dicunt, ego cum Plinio Rutilum appello. Is enim vertens ea omnia quæ Aristoteles in 9. de historia animalium cap. 32. de aquilarū generibus tradit, μιόλιος χρῶμα ξενόδος, transfert, colore subrutilo. Quis autem color sit ξενόδος, ex eodem in libro de coloribus in-

telligere possumus. Ait enim & ignē & solem & lxxiūm & aīdā esse quoniā sub aspectum nostrum cadunt, facile quis eorum sit perspicimus. Idem Plinius ἔαρδὸν rufum dicit, transferens id quod Aristoteles de merula tradit eodem libro, οὐ κότιφος αὐτὶ μέλας οὐ ἔαρδος. His enim verbis hoc totum interpretatur, Merula ex nigra rufescit. Quintam hunc colorem fulū dicit interdum, ut 13.lib.cap.9. Verit̄ χρόνου δὲ ἐπίξεαρθόν, color fuluus. Quo quidem loco libet interim errore corriger non animaduersum ab Hermolao Barbaro, et si conatus est corrige. Apud Theophrastum ita scriptum est, οὐ δὲ καλύψυλον οὐ κιόφογον ισιν ὅμιλον τῶν φοίνικων. Apud Plinium quem quasi ad limam Barbari correctum Venetius impressum habeo, ita hæc verba versasunt. At è diuerso cutij in magno honore palmæ similis. Quæ quidē oratio cum ea unde fluxit, collata, non est dubium quin corrupta sit. Legendum est igitur ut facile intelligi potest, At cuciophoros in magno honore, palmæ similis, nisi forte neutrum posuit ut Theophrastus, sic Plinius. Hermolaus autem Barbarus cum vulgo ita legi dicat, At è diuerso cinus, legendum esse dicit, At è diuerso cuci quod mihi permirum videtur, præsertim cù ita legēdum ex Theophrasto censeat. Multa sunt alia apud Plinium deprauata eodem modo, nec ab Hermolao correcta, nec animaduersa, quæ non ita multò post, Deo iuuante, diuulgabimus. Sed ad institutū reuertamur. ἔαρδον ergo & rutilum, & rufum, & fuluum dicere possumus, nō quodd, mea quidem sententia iudem sint hi omnino, sed quodd parua eorum dissimilitudo sit. Nam πυρέων propriè rufum colorem dicimus, & grecū verbum Galli retinemus cum bur & bureau dicimus, πινδόν medium & νινοῦ ut ferè sit mutatis literis. Itaque idē Plinius vertēs illud Aristotelis ex nono de historia animalium, σύνο μὲν κακάντων, οὐ μὲν βαλλέων πυρέων, οὐ δὲ ἔπειρος, μέλαστις τοικαλέστηρος, πυρέων eodem modo convertit lib. xi. Duo autem genera eorum, melior rufus, quam niger variisque. Quod autem dixi, ita esse hinc intelligi licet, quodd cū multa sint viridis coloris genera, sepe unum pro altero recte dicimus. Multa de iisdem dicere possum sed hæc satis multa sunt hoc loco. Itaque ad alias veniendū est. Φοινικῶν phœnicum cum Gellio dico. Alij puniceum vocant. Quis autem is color sit, docet Aristoteles eo libro quem paulò ante nominauit, id est in libro de coloribus. Ait enim nigrum colorē & obscurū si lumini admisceatur, esse φοινικόν. Idque hinc intelligi dicit, quod nos nigrum colorē & solis & ignis luci admixtum, semper φοινικόν

cernere & animaduerte soleamus, & quod nigra omnia cum igne ex-
usta sunt, ut prunæ, & flammæ in focis & fornacibus, eo colore suffusa
videantur. Itaque phœnicum colorem rubri genus quoddam esse in-
telligimus, qualis in prunis, & flamma loco obscuro cernitur. Nec vi-
deo, cur non flammeum eū latine possumus dicere, quem φλεγμαίδες idē
paulò infrā eodem libro appellat: quanquam aliquid interesse vult. Sequi-
tur διάλογος, quod de eodem libro paulò infrā πόρφυρος appellat. pur-
pureus autem is color dicitur à nobis. De alijs autem rubri generibus alio
loco dicendum erit. Nunc enim de istanti quibus hoc loco Aristoteles
vīsus est institui dicere. Sequitur 3^η πράξιον Χεῖμων, quod simplici. vt
grecum est cum Plinio latinum facio. Itaque errant qui dupli scri-
bunt. qui eorum error ex eo coargui facile potest, quod à πέρσαις, id est por-
ro ducitur. Plinius lib. xxxvii. qui extremus est, Sagdam, inquit, Chal-
daei adherescentem nauibus habent, inuenitur prasini coloris. Interdum
Latinum dicit nomen, id est porraceum. Ut paulò suprà eodem libro, Eu-
metren Beli gemmam sanctissimi Deorum sibi Assyrii appellant porra-
cei coloris, superstitionibus gratam. genus est hoc viridis coloris, qualis
in porro cernitur. Nos Galli nomen grecum traiecta una litera retine-
mus. Hunc enim colorem pars, vel pers dicimus. Viridis autem color
qui omniū genus est, πορφύρα dicitur, quod ut intelligi pos sit, Plinius locum
& Theophrasti proferam. Theophrastus quidem in 4. πόδι φυτῶν lo-
quens de phyco, Φυκὸς τῷ μεν δέ τοι φυλλον τεπενοφθές, χρώ-
μα τοῦδε εχον ὁ δέ καὶ περιγενέσθαι πτερες, οἱ δέ, ζωσταὶ εἰς. Plinius
autem hæc conuertit hoc modo, folia latac colore viridi gignit, quod qui-
dam prason vocant, alijs Zosteria, πορφύρα autem χρωμα interdum ver-
bum è verbo herbaceum colorem, interdum herbidum appellat. Chlo-
ron autem colorem falso nonnulli viridem dicunt, Plinius modo lu-
teum, modo flauum appellat, ex quo falso id intelligitur, quod antè dixi,
ξεν. διὰ flauum à nonnullis nominari. In xxxvii libro qui idem ultimus est,
Melichloron est, inquit, geminus, parte flauus, parte melleus. Non est
dubium quin chloron in hoc vocabulo iuncto, flauum nominet. Alio lo-
co perspicue luteum vocat, Cum enim Aristoteles, ix libro de historia
animalium quo sit colore avis quæ ut grecè sic latine Chloriom dicitur,
exponit, id quod ipse ait, οἱ δέ χλωροὶ οἵδες εἰς. Plinius transfert his ver-
bis, in x. Chlorion quoque qui totus luteus, hyeme non vīsus, circa solsti-
cia procedit. Hanc autem auem à colore luteo appellatam esse arbitror,

quo eam nomine Galli detracta prima litera appellamus, ea enim est, ut opinor, quā Lorio solemus dicere. Supereft tō nuvarēt, quem colorē Plinius tum cœruleum, tum cyaneum dicit. Viridis hic quoddam est genus.

ἐπ δὲ τὸ ὄφεν καὶ τὸ αὐτοῦ γένος ὀγκοῖς, καὶ πάντα αἱ θήσεις ἔσται, εἰ
δὲ μὴ προστῶ, δηλοῦσθε γένους αἴφης, i. pretereaque acuta sunt et
retusa in magnitudinibus, ea sensuam sunt, si minus omnium, at certè
aspectus et tactus communia.) Quod eleganter dicimus, Si non, vel si
minus priore loco, et posteriore, at certè, id a grecis εἰ μὴ, δηλούσθε dicitur.

In Cap. V.

ἢ οὐ μόνον εἰς αἴρει, δηλατήσει τὸ τέλος φρεγίσεως τοῦ. Δικλεψὶν δὲ εἴπι
τεῦ ἵλθεν καὶ οὐρανοθέμεν, Neque enim in aere modo, verum etiam in
aqua odoratus versatur. idque in piscibus εἰς τὴν τεστὰν obducta sunt,
animaduertit licet. ὁ φρεγίσις odoratus à Cicerone tantum dicitur, ab aliis
etiam olfactus. Contrari ille ὁ φρεγίσις olfactum dicit, non odorari. οὐρα-
νοθέμενον dico rectum siue obductū τεστὰν, siue testaceo corio. Aemylius en-
nim Probus οὐρανον τεστὰν appellat.

διο καὶ τειχώματα γίνεται τὸ πρόφητος ἡγένεται αὐτοῖς, ἐξέχω, φύσεις. Itaque cibi reliquiae vel in nobis ipsis, vel extra nos ut in ijs que oriuntur ē terra, eveniunt πειχώματα in cibis vulgo excrementa dicuntur, ut ἐκκενθῶσι excerni. Cicero autem reliquias cibi, πειχώματα dicit, & ἐκκενθῶσι depelli. In 2. de natura Deorum, Quemadmodum autem reliquiae cibi depellantur, tum astringentibus sese intestinis, tum relaxantibus, haud sānē difficile dictū est, sed tamen præterendum est, ne quid habeat iniucunditatis oratio.

In Cap. V II

*tò μὴ σωζέσθαις αἴτια τέμνεται οὐλοί, εἰς δὲ ποιητικόν προέρχεται,
i. Ac cohærens quidem & continua natura infinitè in partes inæ-
guales secatur, in pares autem certo numero comprehensas) τέμνεται
& διαιρέθαι εἰς αἴτια, secari & diuidi infinitè Cicero dicit, non in
infinitum. Locutus est in primo Academicarum questionū libro, qui quoniā*

commodius cum libri de natura edetur, proferetur, ad illud tempus differendus est. 3^o siue χ es dici à Cicerone coherentem & continuatam natyram alio loco docui.

In librum de memoria, & recor-
DATIONE IOACHIMI PERIONII
Benedictini Cormaeriaceni observationes.

In Cap. I.

Οὐ γε οἱ ἀυτοί εἰσι μνημονικοί, οὐδὲ αὐτοὶ μνημονικοί πέροι μὲν οἱ βραχεῖς, αὐτοὶ μνημονικοί πέροι δὲ οἱ ταχεῖς, @ δύμα : θεῖς, i. Neque enim idem memoria & recordatione pollent, sed ferè tardi memoria prestant, recordatione autem celeritate ingenij prediti & dociles homines.) De vocabulis in vobis excutib[us] multa dixi in libro de optimo genere interpretandi. μνημονικός ergo dicetur, qui valet & pollet memoria, & qui execellit & præstat & qui magna est memoria, & qui magna est & singulari memoria præditus. Eum etiā dicemus in quo est magna, excellens, & singularis memoria. αὐτοὶ μνημονικοί, reminisci & recordari recte dici potest, αὐτοὶ μνημονικοί autem recordatio tantū, νοὶ etiā reminiscentia latine dici potest. Itaq[ue] libellus hic de memoria & reminiscentia antea inscriptus erat, à me de memoria & recordatione inscriptus est. Sic enim Cicero αὐτοὶ μνημονικοί recordationem dicit semper, nunquam reminiscentiam, cum s[ecundu]m reminisci dicat αὐτοὶ μνημονικοί. In primo quæstionum Tusculanarum libro, de animo differens, Habet inquit primū memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult vita superioris. Paulò in- frā quinto ferè & sexto versu bis reminiscenti verbo vtitur.

H. 201 Μνομένι κίνησις εὐθυμάνεται οἵ τινες ιερὰ τὸν αἰσθήματος παράποροι σφραγίζομενοι τοῖς δεκτυλίοις, Motio enim ea quæ oritur, consignat quasi notam quandam sensorum, quemadmodum ī qui aliquid obsignat, annulus faciunt) εὐθυμάνεθ̄ hoc in loco signare & consignare dicendum est. Itaque εὐθυμάνεθ̄ τὸν τῆς φυχῆς ἔνδον, signare & consignare & imprimere in animo notā, aut vestigium Cicero dicit. In

b ij

primo questionū Tusculanarum libro, An imprimi quasi ceram animū putamus, & memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia? quæ possunt verborum, quæ rerum ipsarū esse vestigia? Paulò supra decimo ferè versū loquens de Socrate, Docet enim quemuis, &c. Nec Vero fieri vlo modo posse, vt à pueris tot rerum atque tantarum insitas & quasi consignatas in animis notiones, quas cívolas vocant, hēremus, nisi animus ante quam corpus intrasset, in rerū cognitione vñtūsset. Quod ait Cicero insitas, Aristoteles paulò infrā εγνοπλίας vocat. i. vos autem propriè vestigium dicitur, sed tamen in hac re tūs rectè vestigium & nota dici potest. Itaque id quod re absente quæ sensu aut animo percipitur, à motu animi genitum remanet, simile esse dicit ei rei quam annulus cum ex cera detractus est, relinquit. id autem vestigium rectè dicitur. Species etiam & simulacrum id ipsum rectè dici potest, hoc etiam φάντασμα & φάντασις hoc loco Aristoteles appellat, id est speciem rei quæ animo obijcitur vel occurrit, quod etiam visum & visionem Cicero, vt alio loco docui, transfert. Sed hoc interesse vult Aristoteles inter visum & notitiam rei, quod θεωρία, sive θεωρία, i. notitia per se consideratur, vt aliquid est, id est qualitas quedam, φάντασμα autem ad alia rem refertur cuius est quasi simulacrum. Ita hęc duo vnum atque idem esse vult, sed ita, vt ratione & cogitatione differre censem. Sed rei illustranda causa ordinem quendam eorum quæ animo & sensibus percipimus, age ponamus, fingamus aliquem hominem, exempli causa, Petrum aspectui nostro obijci, statim notitia quedam Petri in oculo nostro imprimitur, quæ Petrum nobis, vt presentē significat. Ea quidē αἰδησις αἴδημα τάδε & νίκησις dicitur alia atque alia ratione. αἴδησις quidem & αἴδημα quid sensu percipiatur, πάθος quid moueat, eo corpus atque animus & quasi afficiatur accipiendo, κίνησις quid animum moueat. Ac Petro quidē presente non est id quidem dubium, quin eius sit notitia. Eo autem absente aliquandiu manet, sed euaneat pedetentim, id quod animaduertere soliti sumus, cum solem contuemur. Aliquandiu enim etiam in uitis nobis luminis quedam species in oculis nostris remanet. Ea vero sensus perceptio quam motum appellari dixi in animo & ea animi parte in qua communis sensus inest, quandū speciem rei sensu percepta gignit, quæ πάθος etiam dicitur. Hoc mihi videtur id esse, quod in categorijs Aristoteles dicātū appellat, id est inchoatam quandam qualitatem, quæ dum perfecta est, εἶσι. i. habitus

vocatur. Itaque huius ipsius ἐξι, memoriam idem hoc loco appellat. Cū enim exempli causa, Petrum me primum vidisse memini, inchoata illa qualitas mentem meam mouet (excludo enim hoc loco sensa quæ ex rebus similibus hauriuntur) cogitantis de Petro. Quod cum sepe fit, tum ea animi perceptio quæ principio imbecilla erat sensim & pedetentim, corroboratur & confirmatur, tandemque habitus dicitur. Quanquam non necesse est de re cogitare aut querere. Sæpe enim ne cogitantibus quidem aut de alijs cogitatibus, res alia nobis occurrit, quod multis modis fieri solet. Sed de memoria propria origine hoc loco dicimus. Quid & si in memoria nobis aliquid redire velimus, id cogitatione & meditatione assequemur, id est sæpe qualitatem illam considerantes, non per se, sed qua ex parte alterius simulacrum est.

In Cap. II.

πεῶπον μὲν οὐν ὅστε εἰς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις εἰσὶν ἀληθῆ, δὲ τὰ δέραι τὸς ὑπάρχοντα. Ἐπει γε μνήμης εἰσὶν αἰδήματις, ἡ αἰδημονίς, Ἐπει λῆψις. ὅταν γε δὲ πεδίον ἡ μάθητὴ ταῦθι, οὐτε αἰδημονίᾳ μνήμῃς & δεμίᾳ, δὲ μίαν η περιγένεται, δὲ τὸ διάρχης λαμβάνει. Principio ea omnia quæ in libris ijs quibus de argumentis diximus vera sunt, ponenda sunt ut Vera, Neque enim recordatio memoriae repetitio neque suscepit est propterea quod cum primum aut didicit quis, aut animi affectionem suscepit, nec memoria vllā repetit, nulla enim antecedit, nec ab initio percipit.) ἐπιχειρηματικὶ λόγοι de quibus hic dicit Aristoteles, à me libri in quibus de argumentis dictum est, vocantur. Atque ij vel non extat, vel certè sunt τὰ αἰδηματικὰ in quorum posterioribus multa de memoria & recordatione differit. Mihi autem hoc loco Aristoteles Platonis in Menone de recordatione & memoria sententiam refellere videtur. αἰδημονίᾳ repeteret & recognoscere dicitur, ex quo αἰδήματις. i. repetitio vel recognitio. αἰδημονίᾳ δὲ & ἐπαναμνήσει δὲ reminisci & recordari, ex quo αἰδημονίς. i. recordatio.

Ἐπει δὲ πεδίον εγένεται, εἰ τῷ αἰτόμα καὶ εἰσχέτω. ἢ μὲν τὰδε εἰντάρχει τῷ ταῦθι, οὐδὲ καὶ οὐ εἰπειδικόν. i. Præterea cum primum suscepta nataque est, in ultimo puncto temporis, motus animi in eo qui pulsus est, nascitur, iamque inest scientia, illud οὐδὲ τριεῖται mihi videtur, vt legendum sit εἰδεῖν. i. εἰαὶ iam vel ac tum demum aut deni-

que. Eodem modo in his quā factum est, paulò infra duodecimo ferè versu, legendū est enim ἡμῖν, id est aut etiam. Oratio tota subiecta est, ut res intelligatur, διὸ οὐ εἰπεῖς θηρίομέντος πότε τοῦτο, ἢ δύνατος, καὶ αἴφειος, ἢ στάθμος. Ηγένετο δὲ σύνεγγυς. Perspicuum est legendū esse, διότε σύνεγγυς.

ὅταν δὲν αὐτομάτω μετάδοται, κατέμετρα πετέρων ικανήστων, εἴως αὖτις κατέδομέντος, μεθ' λόγου ἐμείνειν εἰσι. Ergo cū recordamur, eatenus pellimur, quo ad aliquo animi motuum qui antegressi sunt, pellamur, que ille sequi solet. Mīhi ita legendū videtur διόταν δὲν αὐτομάτω μετάδοται, κατέμετρα εἴως αὖτις κατέδομέντος, πῶν πετέρων πνεύματος κατέστων, μεθ' λόγου. Il- lud enim totum εἴως αὖτις κατέδομεν traeictum videtur. πνεύμα etiam accusandi casus est numeri singularis, qui ad κατέδομέντος, non ad κατέμετρα pertinet. Itaque in hoc toto μεθ' λόγου illud πνεύμα refert ac repetit, εἴως quandiu efficere existimo, ita tamen ut in verbo κατέμετρα, tandiu intelligendum censem. Quod ex recordandi rōne intelligi potest. In nobis enim cum recordari alicuius rei volumus, insunt motus quibus vicissim ad eū finem pelli solemus, dū ad id quod querimus ordine quodā peruenierimus. Atque hoc ipsum mīhi videtur esse, quod vult hoc loco Aristoteles.

Δεῖ τοι διαφέρειν, διόταν αὐτομάτω μετάδοται τοῦτο, καὶ εὐθότες τοῖς είναις αὐτοῖς ἡμῖν, ματέραν αὐτομάτω μετάδοται. hic mīhi locus corruptus videtur. Hac enī duo cōiuncta verba infiniti modi ματέραν αὐτομάτω μετάδοται recte coherere posseō existimo. Mīhi ita recte corrigi videtur posse, si verbo αὐτομάτω μετάδοται quod est priore loco, delero, ματέρας διότε quod traeictū est, suū in locū quasi postliminio redeat. Quod quōd facilius intelligatur, repetendum est altius, quem velit τοῦ Aristoteles dicere. Negat ille recipere sive rursus percipere, i. αὐτομάτω μετάδοται scientiam vel sensum, vel habitum quem memoriam vocauerit, esse recordari omnino & continuo, si hæc ipsa cum antecesserint in aliquo, ab eodem iterum percipiatur vel ingene rentur, idque hinc intelligi posse dicit, quod idē homo eandē rem bis & discere potest, & inuenire, ita negat εἰναὶ qui bis idē discat & inueniat, recordari, quod in eo qui recordetur, aliquid superefforteat. Itaq; cōcludit aliud esse hunc qui bis aliquid discat, discere, aliud, cum magna in illo in-

sunt principia, recordari. Est enim vera hæc huius totius loci sanè obscura sententia. Neque enim τούτων numero multitudinis legendū est, quod hinc sciri potest, quia ἡμῖν ματέρας, ad τοῦ refertur i. cū qui bis idem dicit. Nec verò hic tantū obscurus est locus, sed in hoc libello tot insunt, ut in nullopliures me proportione inuenire meminerit. In ijs est illud quod initio est huius capitū, ἐπιθετικόν, διότε μνημονικόν διότε, μηνινθαδέντρα διότε αὐτοῖς αὐτοῖς διότε, η παθούτα. In quo διότε idē quod licet, siue fieri potest, efficit. Sētentia ergo quam obscurā preterea tria participia reddit, est talis, Perspicuum etiā est fieri posse, ut is aliquid memoriateat, qui nō nūc recordetur, cū interū ab initio aliquo sensu aut animi motu affectu fuerit. In eodē genere illud etiā est quod paulò infra de cimo ferè versū sequitur, διότε διάσκονταν τὰ πολέμων πόσις μεμνήμεθα, αλλὰ τὰ σύνεγγυς, quod facilius erit, si ita ordinē mutemus, πόσις τὰ πολέμων μεμνήμεθα. Sētentia enim mīhi hæc talis videtur, Nihil autē necesse est, cū rei alicuius meminiſſe volumus, cōpletū animo & exquirere res ab eare remotas, sed satis est, si ei finitimas & vicinas nobis proponamus ad cōsiderandū. Nā τὰ πολέμων, & τὰ σύνεγγυς ad ordinē rerū quo memorū & recordationē constare vult, εἰναὶ referre ex eo quod ad id cōfirmādū afferat, intelligi potest. Ordinem autē rerum duplēcē facit, sum eū quē natura rerum afferat, tum eum quem parit consuetudo. Itaque si in alterutro genere sint quinque res, non necesse est, si quintam memoria complecti velim, repetere à prima. possum enim à tertia incipiens eodem peruenire. Ita non necesse est à prima initium considerandi facere. Tantum ergo hoc necesse esse negat. Nam à prima etiam si ita nobis videatur, exordium capere possumus. Obscurum est etiam, quodammodo id quod sequitur, διότε γάρ εἰς αὐτοὺς διότε τρόπος, τῶν λεγειτού εἰπεῖς &c. Ita erit facilius, si pro πόσις, διότε legamus. Ratio autem quam eadem utrobique esse dicit, cum aliquis id quod ordine sequitur, pronuntiat aut commemorat, consuetudo est. Ita sententia huius totius loci hæc erit, Non est autem necesse cum aliquid memoria comprehendere volumus, à remotis à re quam querimus, rebus, repetere, sed satis est si à finitimus atque vicinis ordiamur. Perspicuum est enim, eundem modum scilicet perueniendi quōd volumus, esse, quippe cum consuetudine tam à vicina re, quam à remota incipientes ad id quod querimus, delabi possimus. Atque hæc quidem præter institutū,

sis τὸ μαθήματα, Cuiusmodi sunt discipline atque artes, τὸ μαθήματα non solum hoc loco eas artes quae mathematicorum sunt, complecti videntur, sed omnes etiam disciplinas, propterea quod omnes discipline ordine quodam & certo continentur, cum eo quedam facile memoria comprehendi & teneri dicat, quod ordine certo constant.

Οὐοὶ εἰπεῖν τούτους ἐφ' ὅν α, β, γ, δ, ε, ξ, η, θ. εἰ γάρ μὴ τὸ θ, ε, μέμνηται, εἰ τὸ ε, θ, εμνήσθι. Καὶ πεῦ θεν γάρ εἰσιν ἀμφω κανθάρωναι οὐδὲ χειρὶ καὶ εἰπὶ τὸ δ' η ἐπὶ τὸ ε. εἰ δὲ μὴ τὸ τον οὐ εἴπειν, εἰπὶ τὸ γ, εἰλέθων μνηθῆσθαι τοι εἰ δι, εἰ δι, εἰπεῖν. εἰ δὲ μὴ, εἰπὶ δι α, καὶ τὸ τον οὐτι. Literarum exemplum quid hoc loco profertur, multis modis corruptum est. Nam & in illo, εἰ γάρ μὴ τὸ θ, ε, μέμνηται, ει tantum esse debet, priore loco, atque θ, posteriore. & εἰπι præpositio abest, & ποτὲ non τὸ legendum est. Literam tantum esse opportere posteriore loco, ex eo quod ad id probandum affertur, intelligi licet. Ait enim hinc, id est ἡ θ, ad γι τρunque & ad δ & ad ε perueniri posse. Si ad ε perueniri illinc potest, nec idem principium & finis esse in quaerendo potest, profecto & posteriore loco redundat. Ita θ, tantum esse debet, quippe cum δ θ, ad δ, & ad ε, possit perueniri. Quanquam non video quomodo θ possumus defendere. Est enim extreum omnium, ut & primum. Ita fit, ut θ non possit esse quasi medium & principium à quo ad alia quæ afferuntur, perueniri possit. Nam quod aiunt nonnulli, in his Themistius, & medium esse, id ambiguum reddunt aut falsum potius declarant illa Aristotelis verba, καὶ πεῦ θεν διὰ τὸ φῶ κανθάρωναι οὐδὲ χειρὶ καὶ εἰπὶ τὸ δ, καὶ εἰπὶ τὸ ε, εἰ δὲ μὴ τὸ τον πεῖται, εἰπὶ τὸ γ. Si enim vult Aristoteles his verbis & vel δ, queri, neutrum vult esse principium, sed aliud unde eò possit perueniri. Quod enim queritur, finis est, quemadmodum ex exemplo quod de autuno paulo ante protulit, intelligi licet. Mihi ergo videtur Aristoteles non vnu tatu medium his literis designare, sed multa, duo quidē extrema quæ principia sunt, & θ, & interiecta cetera, alijs atque alijs rōnibus. Extrema enim remotissima sunt à medīs, cetera propiora. Vult ergo Aristoteles, cum alicuius rei meminisse volumus, si statim nobis non occurrat, primum ex proximis, deinde ex remotioribus exquirere, postremo ex primo, quibus si admoneri nō possumus, nunquā eo quidem ordine ac perse rem illam repetere memoria posse. Vetus autem interpres exemplum affert quod in græco abest. Addit enī hoc totū, Quæidmodū in G. Veniens, re-

miniscetur, si D. aut C. inquirit.

Εοικε δὲ τὸ ιαγ. θόλευ αρχὴ καὶ θμέγι τοντον, i. Videtur autem id quod generale atq; νινευιον est, principium ratioq; omnī. Hic locus multis modis à multis conuertitur. Alij enim θι ιαγ. θόλευ aduerbiū esse faciunt, quod mihi non probatur, cum τὸ articulus nomen esse indicet. Alij καὶ coniunctionem redundant dicunt. Mihi aliter videtur, & in hoc toto, καὶ ποτὲ μέσον redundant, nisi forte trajecta sunt verba, ut hoc modo legendum sit, οικε δὲ τὸ ιαγ. θόλευ καὶ τὸ μέσον αρχὴ τοντον. Quod enim generale est ac medium principium est omnium, quorum medium est. Alij αρχὴ in dandi casu legunt, & οικε simile est dicunt. Alij etiam sunt, quibus τὸ μέσον subiectum placeat esse, quod etiam Themistio videtur. Quocunque modo explanari placeat, vera semper manebit sententia. Nam & medium principium est omnino, & quod generale, principium, & quod generale est, principium etiam est ratioque omnium.

Διὸ ἡ τολμάκις οὐτούμενα, ταχὺ αὐταὶ μητονθέσθαι) Si legamus οὐτούμενα, non ἡ sed τὸ legendum erit. Sin ἡ legi placeat, οὐτούμενος prima persona multitudinis numero legamus necesse est.

Noēt δὲ τὰ μεγάλα καὶ τὸ ἀρτίνεν ἐκεῖ τὸ διάνοιαν, ὃ σπέρ τὸ ὄψιν φασίλες) legendum est hoc loco non ἡ τὸ γνον verbo cum α-σπέρῳ διάνοιαν, ut idem quod ita vel sic efficiat, sed duobus vocabulis & τῷ ut illud λόγῳ ad ἀρτίνεν infiniti modi referatur. Hic autem error ex eo natus est, quod quia ὃ σπέρο sequebatur, & τῷ eius ut ita dicam correlative iij qui primi libros Aristotelis ediderunt, putauerint. Loquitur autē hoc loco Aristoteles de ea animi parte in qua notitiae rerum imprimuntur, quaque cognoscimus, eamque negat intelligere magnas res & eas quae procul absunt, τῷ ἀρτίνεν τὸ διάνοιαν, id est animi aciem intendendo foras. Διάνοια hoc loco pro animi acumine & acie accipitur, quæ ratio dicitur. Est enim in animo id ratio, quod in oculo pupilla. Interdum διάνοια animus ipse omnino in hoc genere dicitur ut cùm Cicero in quarto Academicarum questionum libro dicit, Aduersantur enim primum quod parum desigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt. Nonnunquam διάνοια pro mente vel potius mentis assensu accipitur, ut paulo infra dicit εἰτε χειρὶ τὸ διάνοιαν quod Cicero in 4^o Academicarum questionum libro vocat retinere, sustinere & cohibere

affensem siue affensionem. Totū locū proferā quōd facilius & res intelligatur, & elegās dicendigenusnotetur. ὅπε δὲ σωματικὸν πέποντός, καὶ οὐ αἰσθητὸν ξήποσιν τὸ φαντασματικόν τούτον τὸ πάροχον θεῖν φέλει, εἰπεδαὶ μὴ δύνωνται αἴσθητων, καὶ πάντας τούτους διάνοιαν, καὶ τὴν ἐπίχειροντας, αἴσθητοντας τὸν θῆταν, καὶ μάλιστας μελαγχολικούς. Duo errores hoc loco corrigendi sunt, unus initio totius circumscriptionis. Legendum estenim hoc modo, ὅπε δὲ φραγμένον τὸ πέποντόν αἰσθητόν, καὶ ξήποσιν, &c. Alter natus est ex virtuosa distinctione. Distinguiri enim debet hoc modo, καὶ τὴν ἐπίχειροντας, αἴσθητοντας τὸν θῆταν, Neque enim: αἴσθητοντα quod scriptum est, ad ἐπίχειροντα pertinet, sed ad σημεῖον quod antecessit, quemadmodū etiam alia duo infinita. Ac ἐπίχειροντα id efficere quod dixi, hinc intelligi licet, quodd Cicero eodem libro ἐποχῶν retentionem affensionis nominat. διάνοιαν autem affensionem declarare non perinde perspicuum est. Itaque mentem vel animum cohibere potius dicendum esse arbitror, ut intelligamus eos homines de quibus loquatur Aristoteles maxime: melancholicos, cum interdum sustinent mentem, ne recordentur ea, quae nolint, tantum ea illis in mentem venire. In libello de somnijs ueritatem dōξαν id dicit quod Cicero in libro 4. Academicarum questionum dicit, modo cohibere affensionem, modo sustinere, καὶ ὅτε μέτρον λέγει ὅπε φυσικὸν αἴσθητον, ὅτε δὲ κατέχεται ηὐαλεῖται φαντασματικόν, itaque notanda est hæc interpretatio κατέχειν dōξαν sustinere affensionem.

In libellum de somnijs eiusdem Perionij observationes.

Si pauca in his Aristotelis de natura opusculis notare videamur, id nostro instituto tribuendum erit, quod eius modi iam sèpe esse dixi, ut quæ alio loco obseruata essent à nobis, aut quæ facilia, ea minimè notanda censeamus. Itaque nihil in libello de somno & vigilia obseruauimus. In hoc autem qui est de somnijs, pauca dicenda sunt. Ac primum præclarum genus dicendi quod Cicero à Græcis ut pleraque alia acceptum, crebris sermonibus usurpat, docebimus.

In Cap. I.

Οὕτε δῆλον ὅπε ἡ περιπονιον τῶν τὸν ὑπνοφαντασματικόν, καὶ ὅπε οὐτοῦ μέλον, τὴν δόξαν φραγμένομέν, i.e. ex quo perspicuum est, nec somnia omnia esse ea quæ in somno videantur, & quod animo ac mente percipiamus, id nos opinione iudicare. Splendidum est in quantum genus dicendi, quod haud scio an pauci teneant, cù priore circumscriptionis loco ἡ περιπονια τὰ Græcis & nec vel neq; à nostris, posteriore δὲ ab illis, ab his, &c. collocatur. Cicero hoc tenet sepissime. In somnio Scipionis, Quid autem interest, ab iis qui postea nascuntur sermonē fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui autem nati sint? qui nec pauciores, & certè meliores fuerunt viri? Hæc ad duo verba interdum, ut apud Aristotelem superiore exemplo, sic apud Ciceronem, pertinent. Veluti eodem in libro, Nec enim silentio tanti motus incitari possunt, & natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent. Paulò etiam supradictum, Nam ea quæ est media & nona, tellus neque mouetur, & infima est, & in eam feruntur omnia suo nutu pondera.

Καὶ νυκτεριον δὲ καὶ δօνιν, ὥμος ὁ θάλαττος ἐνοικεῖ. Quintetiam valentibus & scientibus tamen sol pedalis videtur) Alio loco docui νυκτεριον dicendum esse valere, quod & si verum est, tamen in principio presentis temporis multitudinis numero, multò est evidenter, ποδὶ αὐτοῦ pedalis, non, ut à quodā pedaneus sol dicendus est. Cic. in 4. Academicarum questionum libro, Quid potest esse sole maius? quæ Mathematici amplius duodecim partibus confirmat maiorem esse quam terrā, quātulus nobis videtur? mihi quidē quasi pedalis. Illud autem ὥμος cū natūrā vel εἰ καὶ δὲ antecessit, Cicero sèpe dicit. Exemplorū huius generis magna est apud illū copia, sed satis erit rē intelligi, ut notetur, In tertio de spiritibus libro, Itēmq; hinc illud esse exortū quod Zeno περιγγεῖ, contraq; quod ἀρχηγον nominavit, cū vteretur in lingua copiosa factis tamē nominibus ac nouis. εἰδὼν hoc loco est apud Aristotelē. i. scientibus, alij cum cernētibus & videntibus vertant, idēon legisse mihi videtur.

In Cap. I I.

Γαρατλίσιον δὲ πάροδος ἐπί τοις τοῖς φραγμένοις έσικε ἐνοικεῖ. Idem enim in his videtur contingere, & in iis quæ pulsū agitantur) φρεδᾶς hoc loco vim quādā inesse declarat. Itaq; ad ea quæ vi quādā ab alio impelluntur referendū est. φραγμένα ergo ea sunt quæ pulsū alterius mouētur, non suo, quod Cicero ad homines transferens iactari φρέδας

dicit, ut lactari in turba.

καὶ ὡς τῇ κυρτοῖσιν δὲ μεταβάλλοντι, οἷον τὸ παμόι, μάλιστα δ' ἀ-
τοῦ τῷ ταχέστῳ φεύγονται τὰ ἄρεμοντα κυρτοῖς, i. Quin etiam
cum ab ipsis quae motu feruntur, ut à fluminibus, tum vel maximè ab ipsis
quae maximo impetu feruntur, si oculos alio conuertamus, ea quae stant
& quiescent, moueri videntur.) In hoc participio μεταβάλλοντι accus-
andi casus τῷδε ὁψιν intelligitur, quamadmodum paulo antea dixit Ari-
stoteles, ἐφ' ὅτι τῷ τῷδε ὁψιν μεταβάλλοντι, i. quocunque oculos &
spectum conuerterint. μεταβάλλοντι enim hoc loco non solum significat
id quod sepe, mutare, verū etiam conuertere, auertere siue alio coīcere
& vertere. Quod etiam paulo antea tertio ferè versu μεταφέρει τῷδε ἀ-
δρον dixit. Vt autem in participio μεταβάλλοντι accusandi casus intel-
ligitur, sic haec omnia ὡς τῇ κυρτοῖσιν ad idem participium pertinent,
ut dicamus eis qui oculos a rebus, que moueantur alio coniiciant, ea que
stant, moueri videri, ἄρεμοντα enim in hoc Cicero stare solet dicere. In
quarto Academicarum questionum libro, Videſſe nauem illam? Stare
nobis videtur. At ipsis qui in naui sunt moueri haec villa. Quere ratio-
nem cur ita videatur, quia ut maximè inuenieris, quod haud scio an ne
possis, &c. Aristoteles rationem cur ita videatur, affert paulo infra his
verbis, τὸ δὲ σχῆμα τοῦ αἵποι, διὰ τὸν τὸν αἰσθήτην κυρτοῖς φαι-
νεται ἀνίστη δηλατεῖται τὸν αἰσθήτην κυρτοῖς φαι-
νεται, καὶ τὸν αἴσθητην λέγει διὸν ἡ γῆ δοκεῖ τοῖς αἰσθητοῖς κυρ-
νεῖται, κυρτοῖς τὸν ὁψιν αἴσθητην δηλατεῖ. Fallimur autem ac mentimur his
in rebus propterea quod non solum cum res, que sensum mouet, pulsū agitatur, apparent nobis quales cunque res, sed etiam cum ipse sensus mo-
uetur, presertim si eodem modo quo a re que sensui obijicitur, veluti terra
nauigantibus moueri videtur, quod affectus ab alio mouetur. Causa
ergo, cur nauigantibus terra, arbores aliaque que obiecta sunt eorum a-
spectui, moueri videantur, est cernendi sensus qui ab alio mouetur. Hoc
autem extreum de nauigantibus Cicero in secundo de divisione li-
bro transtulit his verbis. Nam & nauigantibus moueri videntur et
quæstant.

γίνονται δὲ καὶ ὡς τῇ μεγάλῳ φόνῳ δύπτωφοι, Atque etiam
vehementes sonorum appulsus homines surdastros efficiunt.) Cicero in

somnio Scipionis simile quiddam afferit, cum de sonis quos ex Pythagoracis orbes celestes efficiant disputat, Hoc, inquit, sonitu completo aures obsurduerunt, nec est ullus hebitior sensus in vobis, sicut in illis, ubi Nilus ad illa que Cataclupsa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens que illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret.

In Cap. III.

Μεθ' ἡμέραν μὲν γαρ ἐκπρόστου τοι, οὐδέ γε σῶν τῇσι αἰσθήσεων οὐ τῆς δια-
νοίας, καὶ ἀφανίζονται ωτερες πρᾶπε τολμὴ τὸν τὸν ἔλασσον καὶ λυπαὶ καὶ
ἡδονὴ μηροὶ πρᾶπε μεγάλας, i. Interdiu enim cum sensus intenti sunt
& occupati una cum mente, expelluntur, obruunturque, ut parvus ignis
ἀπὸ μεγάλου, sic & magnis pari dolores & voluptates.) οὐδέ γενναὶ τὰς αἰσθή-
σεις αλλοι loco docui dici sensus intentos esse & occupatos. Alias a Cicero-
ne ut alio etiam loco docui, fungi munere dicitur. αφανίζεσθαι autē hac
in re obscurari & obrui a Cicerone dici solet, que quidem interpretatio
ut intelligatur cuius sit verbi, nonnunquam non apparere dicit. ut in
4. de finibus. Sin dicit obscurari quædam nec apparere quia valde par-
uasint, nos quoque concedimus quod dicit Epicurus etiam de voluptate,
que minimæ sint voluptates eas obscurari sepe & obrui. Hoc idem ob-
fundit dicit & interire. In 3. de finibus, Vt enim obscuratur & ob-
funditur luce solis lumen lucernæ, & ut interit magnitudine maris Ae-
gei stilla muriæ, & ut in diuisijs Creſi teruncij accessio, & gradus ν-
νus in ea via quæ est hinc in Indiam: sic cum sit is bonorum finis quem
Stoici dicunt, omnis ista rerum incorporearum estimatio & splendore vir-
tutis & magnitudine obscuretur & obruatur atque intereat necesse est.
Ex quibus exemplis intelligi licet, id quod & multis locis iam docui, &
posthac aliquando libro hac de re nominatum scripto, docturus sum, Gre-
cos & nostris copia longe multumque superari. Neque enim verbum hac
in re aliud illi dicunt.

Νῦν τωρε δι' αργίαν τῇσι τὰ μέσα αἰσθήσεων καὶ ἀδιακρίσια τῷ
οὐρανῷ, οὐδὲ τὸν τὸν ἔξω εἰς διὰ τὸν γίνεσθαι τῷ δημονικῷ τῷ αἱρέ-
σθαι, επὶ τῷ μεγάλῳ καταφέρονται, καὶ γίνονται φανεροὶ οὐδὲ θεαμέ-
νοι τὸν ταραχήσι, i. Noctu vero cum languore corporis sensus confecti
nihil agere posunt, quod calore ex summis membrinis intimas partes se re-

gerit, ad sensus fontem delabuntur, tumque euidentiores fiunt omni perturbatione sedata.) Cicero in secundo de diuinatione libro ferè extremo hunc Aristotelis locum profert his verbis, Naturā autem eam dico qua nunquā animus insistens agitatione & motu esse vacuus potest. Is cū lāguore corporis nec mēbris vti nec sensibus potest, incidit in visa variatio incerta ex reliquijs, vt ait Aristoteles, in hærentibus earū rerum quas vigilans gesserit aut cogitari, quorū perturbatione mirabiles interdū existunt species somniorū. Quod Cicero dicit, ex reliquijs in hærentibus &c. est paulo infra apud Aristotelem hoc in libro, Στοιχεῖαν τὰ φαινόμενα τὰ αὐτά προσέχεις αἱ συμβάντος αἱ δύο τοῦ αἰσθήσεων, ὅπερ ἡ μέλιτος φαίνονται αἱ ὄφεις καὶ περατώδεις, καὶ τὸν ἐρωμένα τὰ εἰνπνια. Disertè dixit mirabiles interdū existunt species somniorū, ὅπερ περατώδεις φαίνονται αἱ ὄφεις, &c. Paulò infra, τὸ ταῦτα δὲ ἐκεῖνα, ὡς ταῦτα ἔργα τῆς ὑπόλειμψα τὰ εἰ τὰς φεγγέας αἱδημάτων. hoc Cicero disertè dixit, quod vigilans gessit. Quoniam autem vigilantes aut agimus aliquid, aut cogitamus, paulò infra eodem libro Στοιχεῖαν τὰ αἰσθήσεων, vel τὰς προσέχεις αἱ συμβάντος αἱ δύο αἰσθήσεων, vtrit, Reliquæ rerum earum mouentur in animis & agitantur de quibus vigilantes aut cogitamus aut egimus: & αργίαν τῶν σώματος, vel τὴν πετατὰ τὰ μόρια αἱσθήσεων, languorem corporis, ut superiore exēplo nominat, & τεταργυρίου τῶν μάτων φαίνονται αἱ ὄφεις, formæ versantur in animis confusa. Verba eius hæc sunt, Animorum est ea vis eaque natura, ut vigilantes nullo aduentio pulsu, sed suo motu incredibili quadam celeritate. Hi cum sustinentur mēbris & corporis & sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. Cum autem hæc subtracta sunt, desertusque est animus languore corporis, tū agitatur ipse per se. Itaque in eo & formæ & versantur & actiones, & multa audiri, multa dici videntur. Hæc si imbecillo remissōque animo multa omnibus modis confusa & variata versantur, maximeque reliquiæ rerū earum mouentur in animis & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitamus aut egimus. δι' αργίαν τὴν πετατὰ τὰ μόρια αἱσθήσεων καὶ αἰλυμάτων φεγγέων, disertè dixit in exemplo quod primo loco protuli, Languore corporis nec membris vti, nec sensibus posse.

αἵτιοι δὲ καὶ αἴσθησίν τοι εἴρεται μέλιτοι. αἵτιοι δὲ φεγγέ-

τιοι καὶ θύμειν ἀπλῶς θατέρες ὑπαρχοῦσες, θατέρον παύπαρχον. ὃν τὸν εἰνπνιον φατέον, τὸ δὲ οὐτα δὴ καὶ τῷ ὑπνῳ γνοντες αἱλυθεῖς εἰνοιαι παρεῖται φατατομαται, i. Nonnulli vterò etiā rogati respondent, propterea quod fieri potest ut tū cum plane vel vigilamus, vel dormimus, si alterum in nobis inest, alterum etiam nobis quodam modo conueniat, quorum neutrū somnium esse concedendum est, nec eas omnes notitias quae in somno vterae nobis præter visa incidentur) Tribus modis ut græci dicunt αἱ ὑπνωις, καὶ θύμοις & σομέτων, sic latini. Ut Cicero in uno eodemque libro de diuinatione, id est secundo extremo. Ac illud quidem in somno aliquid videre aut agere tritum est. Illud autem καὶ θύμον Cicero ferè secundum quietem solet dicere, ut illo ipso libro extremo, Siue enim externus & aduentitus pulsus animos dormientium commouet, siue per se ipsi animi mouentur, siue quæ causa alia est, cur secundum quietem aliquid videre, audire, agere videamur, eadem causa vigilantibus esse poterat, idque si nostri causa Dei secundum quietem facerent, vigilantibus idē facerent. Σομέτων θύμον verbum εἰ verbo per somnum dicit, eodem libro paulo infra, fuit igitur diuina beneficentia dignius, cū consulerent nobis, clariora visa dare vigilanti, quam obscuriora per somnum. Somnum enim à sonano legendum est, non somnium in neutro genere. Est enim semper apud Aristotelem σομέτων θύμον. Ut in libro de diuinatione, αἱ ταραχωδεῖσσος γαῖα μᾶλλον ὁ αὐτὸς τῆς νυκτὸς, διὰ τὸ ιλιωμέτρας ἔναι τὰς νυκτας, καὶ εἰ τῷ σώματι πριν αἱσθήσεων διὰ τὸ θύμον διὰ καὶ τὴν μικρὸν καὶ μέσον τὸν αἰσθητὸν διαι ταῦθι δοκταὶ μᾶλλον, οὐ γεγονότας. Preterea contraria sunt vigilanti, & per somnum, noī vigilanti & per somnium. vigilare enim & dormire contraria sunt, noī vigilare & somniare. Et ipse Cicero testis est, ita esse legendum cum superiore loco & alijs que eodem in libro sunt posita secundum quietem & vigilanti solet dicere. Dicit etiam eodem libro καὶ θύμον, δημάτη μὲν Καὶ εἰδὼς τὴν καὶ θύμον φατατοματων, αἱ οὐται τὴν οἰκείων εἴκαστη πράξεων, τοι αἱλυτοι.

Ηδη δέ ποι συμβέβηκεν, ὥστε μηδὲν εἰνπνιον κατατὰ τὸ βίον εἰσαγεῖναι, i. Sunt enim quidam quibus in vita somnium nullum videre contigit.) εἰνπνιον ορεῖν, verbum εἰ verbo Cicero somnium videre dicit. Quod non admonuisse, nisi aliquos futuros putasse, qui hoc dicebē

genus ut à vulgo petitum euiciendum censerent. In libro 2. de diuinatione extremo, si igitur neque Deus est effector somniorum, neque naturæ societas vlla cum somniis, neque obseruatione inueniri potuit scientia: effectum est ut nihil prorsus somniis tribuendum sit, præsertim cum illi ipsi qui ea vident, nihil diuinent. & quæ sequuntur.

Eiusdem Perionij in libro

*ARISTOTELIS DE DIVI-
natione per somnum, Observationes.*

Tóπε γε οὐδὲν ἄνοια δίκαιοποιία, πέτρης τῆς δύναμις αλεγύει, καὶ τὸ μὲν τοῖς
βελτίστοις φέρουμενοι τοῖς δύνατοῖς τοῦ χρήστος τείμενοι, ἀλέργοι. Ι. Nā deū
esse qui somnia mittat, præter alia quæ à ratione aliena sunt, etiam illud
alienum est & maiestate Dei indignum, cum illam non optimis viris
& prudentissimis, sed quibusvis mittere,) Cicero in libro secundo de di-
uinatione extremo hunc de diuinatione per somnum locum longa sanè
oratione tractauit. Atque idem præter alias rationes, quibus diuinatio-
nem illam tollit, eam quoque quam hoc loco Aristoteles afferit, attigit.
Γέμπειν τὰ εἰδύτην verbum ē Verbo mittere somnia, & mitti somnia
à Deo, quod uno verbo post Aristoteles dicit, Θεόπεμπτα ἄνοια, Cicero
dicit secundo de diuinatione, Et si vera à Deo mittuntur, falsa vnde
nascentur?

H. 20¹ φύσις σεμνεία, δηλ. & θεία, i. Siquidem natura σεμνεία, non diuina est,) Græcum verbum hoc loco relinquere malui, quām Latinum minus usitatū ponere, præsertim cum θεία Aristoteles dixerit, quod nisi diuina dicere non possumus. Cicero autem quodam loco σεμνον diuinum dixit, quod, ut dixi, hoc loco, nobis, non licet dicere. In primo de diuinatione. Hoc nimis est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum sepe dicitur, esse diuinum quidam, quod σεμνον appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sepe reuocanti. Huius rei causa hæc avud. Aristotelemse-

*lenti, s^epe renocant*i*. Huius rei causa h^ac apud Aristotelem sequitur, σημείον δέ πάντα γαρ αγνέντες αἰθέρωποι προσόραλεντι εἰσὶ οὐδενερεοι, ὡς τὸ θεῖον τε μήτερες, δινοί ὅστιν ὁ κατεργαντὴ οὐ φύσις λαίλας τοιούτη μελαγχολικοί ταῦτα δέ πατεροί φέρουσι, id est, Idque hinc sciri potest,*

quod valde obscuro loco nati homines futura longe ante prospiciunt & somniat quasi non a deo somnia mittantur, sed omnibus qui natura sunt loquaces & melacholici, varia visa offeruntur.) Hoc ipsum videtur esse illud quod Cicero ait Aristotelē in priore de diuinatione dicere, Aristo teles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furarent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis presagiens atque diuinum. Itaque hoc etiam de quo viro diuinum Cicero dicit, & neq; ad hanc eam habere aliquid in animis presagiens.

διὸ δὲ τὸ παλαιὸν καὶ κτεῖθαι ἐστιν χαίρειν, ὥστε οὐδεὶς
αὐτὸν μεγίζοντες αὐτὸν αἰχνεύειν. ὡς τοιοῦτον λέγεται, αἱ δὲ Μάρβαλης, δῆμος
δῆμοιον βαλεῖς: καὶ ἐπιτίθεται τοιούτον συμβαύειν. ὅπερ δὲ ἐν αὐτῷ βαίνει τοιοῦτον
τοῦτο εἴναι τόπον, δέ τις αὐτὸν, i. Quoniam autem multis variisque motibus
agitantur, rerum futurarum cuncta coniiciunt, & assequuntur, ut non-
nulli ea quae dividunt, auferunt, ut enim dici solet, si multa iacias, aliud a-
liás iacies, quod etiā fit in somniis. Nec vero mirū videri debet, si pleraque
omnia non eueniunt.) Hoc totum Cicero in extremo fere secundo de di-
vinatione adumbravit. Iam inquit, ex insano aut ebriore visus innu-
merabilia conjectura trahi possunt, quae futura videantur. Qui est enim
qui totum die iacula non aliquando collimet? Totas noctes somniamus,
neque illa est ferè qua non dormiamus, & miramur aliquando id quod
somniamus evadere? Quid est tam incertum, quā talorum iactus? tamē
nemo est, qui sape iactans Venereum iaciat aliquādo, nō nunquā etiam
iterum ac tertium. Num igitur ut inepti Veneris id impulsu fieri ma-
lumus, quā casū dicere? Illud valde obscurum est, ὥστε εἴποι αὐτοὺς
αὐτὸν αἰχνεύειν. Malo ego & pro lege pro ea quae ut poetæ solent.
Neque enim propter participium & constare potest pro quae, sed μεγίζεσθαι
legendum esset. Ut autem hec verasitatem, certe obscuritas non tolli-
tur. Ego ad verbū pene conuerti, sed quid Aristoteles de casū intellexerit
prorsus ignoro. Nonnulli hunc locum ita interpretantur, Ut nonnulli co-
tendentes rapiunt, Ita illud & autnō legerunt ipsi, aut certe nō expresserūt,
& μεγίζοντες contēdentes transstulerunt. Vetus autem interpres διὰ λε-
gisse videtur non & quādo quidē tota transstulit. Idemque ac ceteri, illud
αὐτὸν reliquerunt. & τοσούτην εἴναι εἴναι & euenire somnia & evadere
Cicero dicit, sed hoc posterius sapientius. Vt rūq; secutus sum. In proximo loco
est, id quod somniamus evadere. Eode extremitate librobis eode verbo vtitur,

Quomodo autē distingui possūt vera somnia à falsis cū eadē & alijs alter euadat, & iſdē nō semper eodē modo? ut mihi mirū videatur, cū mē daci homini ne verum quidem dicenti credere soleamus, quomodo iſti si somnum verum euafit aliquid, non ex multis potius vni fidem derogat, quam ex uno innumerabilia confirmant.

Tοῖον δὲ ἀρά οὐ μᾶλλον, καὶ ὡς τοις λέγεις Δημόκριτος, εἴδωλα καὶ ἄπειροι γόλας αἰπώμενοι. οὐτοις δὲ οὐ πάντες κύνηπτοι οὐδεὶς οὐδὲρα, τοῦθεν ἐπερονικοὶ νοεῖ, πάνται μὲν δὲ εἰνέντες, συμβαίνει τοις κύνησιν προσένεμενοι πίνοι τοις γενετοῖς & πρόστοντος: τοις δὲ δὲν κωλύει κύνησιν πίνειν. Οὐδέποτε δὲ οὐδεὶς αὐτοῖς φύχεται εἰνπνιαζόμενος, αφ' οὗ εἰνέντες τοις ἄδωλα ποιοῦνται οὐδέποτες, i.e. hoc enim tale magis videtur, quā id quod vult Democritus, qui eorū causas facit imagines & fluxiones. Vt enim cū aliquis aquā aut aera pellit, id etiā aliud pellit, illōque quiescente interdum ad quoddam tēpus motus ille durat, eo qui mouerat absente; sic nihil prohibet motū aliquem & sensum in animos somniū obrepere, à quibus ille imagines & fluxiones efficit. Hanc Democriti de pulsū visionis sententia Cicero extremo secundo de Diuinatione attingit & iprobat, quo loco εἴδωλα imagines fere appellat, Quem enim inquit, tu Mariū visum à me putas? Specie credo: eius & imaginem, ut Democrito videtur. Vnde profecta imagine? A corporibus enim solidis, & certis figuris vult fluere imagines, &c. Paulò infra, quinto fere versu, Nulle ergo imagines obrepunt in animos dormientū extrinsecus, nec omnino fluunt illae. Sed ne quis putet εἴδωλοι nō vocari à Cicerone, locū proferam ex primo de finib⁹, quo verbū hoc grecū ponit & trāsfert, Atomi, inane, imagines quas εἴδωλα nominat, quorū incursione, nō solum videamus, sed etiam cogitemus, & que sequuntur. οἱ δὲ μελαγχολικοὶ, οἵ τοι σφοδρώτεροι, οὐτοις βαλλοντες ποργοδει, οὐδὲ χοιροί, Melancholice vero propter animi impetum vehementiore, ut eminus iaculantes, facile affequintur. Μελαγχολικοὶ cum ad vitiū mēris trāfertur, potius grecē dici à Cicerone quā conuerti solet: contra cum ad quartum genus morū quibus quisque preditus est, usurpat pro latīno. In I. quæstionē Tusculanarū libro, Aristoteles quidē ait omnes ingeniosos, melācholicos esse. In I. de diuinatione, Aristoteles quidem eos etiam, qui valetudinis vitio furarent & melācholici dicerentur, censēbat habere aliquid in animis presagiens, atq; diuinū. Itaque hoc loco grācē legere malo. Οὐσοὶς dicitur qui ingenio valet ad ea facile ac-

cito inuenienda, quæ in dubium veniunt. In somnijs autem propriètate omnino à Cicerone dicitur, quem eundem paulò infra Aristoteles εἰνπνικοὺς καὶ τῶν πνεύματος appellat, τεχνικοὺς τοὺς δὲ τοῖς καὶ τοῖς εἰνπνικοῖς συμβαίνει. In 2. de diuinatione, Defert ad coniectorem quidam somnia se ouū pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Est hoc in Chrysipi libro somnum. Respondebit coniectator, thesaurum defossum esse sub lecto: fudit, inuenit auri aliquantum, idque circundatū argento. misit coniectori quantulum visum est de argento. Sic semper omnino. Coniectione autē & coniectura non dicit omnino, sed adiungit somniōrum, vt paulò supra decimo fere versu, utrum philo sophia dignius sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturæ? Ut si iam fieri possit vera coniectura somniōrum, tamē iſti qui profitentur eam, facere nō possint. Paulò infra secundo fere versu, Chrysippus quidem diuinationē definit his verbis &c. paulo etiam infra, Idemque somniōrum coniectōne definit hoc modo, esse vim cernentē & explanatē quæ à Dīs hominib⁹ significantur in somnis. Interpretes etiam eosdē appellat, sed somniōrum.

Eiusdem Perionij in libro ARISTOTELIS DE RESPIRATIONE

Observationes.

Ταῦτα δὲ τοῖς ἀδωάνται. πεδον μὲν δὲ τὸ ὑπόμου τῆς περιγράψεως ἀφαιρεῖσθαι, οὐδὲ τὸ κοινὸν επὶ θανάτου λέγει θανάτου μόνον. αὐτοῖς νοεῖται, πάντας δὲ τὸ μὲν εἰσανθέτοις, τὸ δὲ εἰσανθόν, &c. i. quæ fieri non possunt. Primum enim alterā rei partem detrahunt, propterē quod id quod cōmune est, in altero solo dicitur. Respiratio enī vocatur, cuius una pars expiratio est, altera inspiratio, &c.) Reprehēdit hoc loco Anaxagore & Diogenisq; sententiā Aristot. quod ita de respiratione dixerit, quasi nullæ partes eius essent, cū duæ sint, & alterā tantū attigerint cōmuni respirationis nomine. Ita totum in parte numerarū: quod est vel vitiosum siue in dividendo, siue in disputando. Ego αὐτῷ τοῦ respirationē dico propter αἰώνια præpositionem: quāquā propriè respiratio latīnē est habitus ipse quæ ex parte extrahitur, & quasi emittitur. Spirationē alij malū dicere. Respirare etiā dico uno Verbo, ut Aristot. αὐτῷ. Sed ducere spiritū dicō sepius. quod est αὐτῷ, id est verbum ē verbo inspirare, sed Latīnē d' ij

Spirare dicendum est, idemque duobus verbis ab Aristotele εἰλικρίνη καὶ αἴσθησιν, vel πνεύμα dicitur. Et πνεύμα expirare dicitur verbum à verbo. Duobus autem melius dicitur. Quoniam autem εἰποντος & εἰποντος ab Aristotele αὐτοῖς partes dicuntur, inspiratione dixi & expiratione cū ab alijs ita dicta essent, nec simplicia verba alia reperire possem. Nam si lati nō loquendum est, εἰποντος expirationē possum dicere, inspirationē nō possum sed aspirationē & ductū spiritus vel tractum vel etiā hauriū. Sed ad verba ipsa unde hæc ducta sunt revertamur. εἰποντος ergo & εἰποντος πνεύμα vel αἴσθησιν ducere spiritum, & animā vel haurire dicitur, interdum agere animam. Et εἰποντος reddere & edere spiritum, reddere & efflare animā. Cic. 2. lib. de natura deorum. Sed cū aspirare arteria &c. eiq; ad pulmones usque pertineat, excipiātq; animam eam quæ ducta sit spiritu, eadēque à pulmonibus respiret & reddat: tegitur quasi quodam operculo. Paulus post 2. fere versu. Sed cum alii natura, &c. pulmones autem & cor extrinsecus spiritū adducant, &c. quo in loco ducat legēdū puto. Paulus etiā infra eadē pagina. In pulmonibus autem inest raritas quēdā & assimilis spongeis molitudo ad hauriēdū spiritū aptissima, qui tū se contrahunt aspirantes, tū spiritū dilatātur, &c. Aspirare hoc loco nō est id quod iā dixi εἰποντος, ei τῷ ίτε εἰποντος pulmones sē nō contrahunt. In primo quēstio. Tū scilicet dicit agere animā & efflare eadē oratione. Animū autem alij animam ut fere nostri declarat nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus, & quæ sequuntur.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ πνεύμα μὲν ἔχει, δῆλον δὲ πνεύματα μὲν εἰποντος πνεύματα εἰποντος, &c. i. Nam cū arteriam non habeant, quod pulmo eis datum non sit, sed statim ori stomachus adhaerat, &c. De piscibus loquitur. uolū venter & ventriculus dicitur, sed alii in hoc & stomachi usitatoria sunt nomina. Vulgo enim stomachū alii dicimus. Nam stomachus græce ea pars est quæ gula vocatur, quod ori adhaerat. Itaq; quod Aristoteles οἱ φάγοι vocat, & interpres gulā, stomachū Cicero dicit. Vtriusque verba proferā, quod res sit testior. Aristoteles de partibus animati. 2. cap. 3, loquens de arteria, οὐ τοῦ δὲ εἰποντος τῷ οἰστφάγου ή αἴσθησιν, quod hoc loco dicit εἰποντος, hoc in lib. de respiratione paulo infra περὶ περὶ τῷ οἰστφάγου vocat. Cicero autem hoc vertit ut ego, paulo supra quā stomachus, in libro secundo de natura deorum, Sed cū aspirare arteria, (sic enim à medicis appellatur) ostium habeat adiunctū linguæ ra-

dicibus, paulo suprà quā ad linguā stomachus annexetur: eaq; ad pulmones usq; pertineat, excipiātque animā eam quæ ducta sit spiritu eandēq; pulmonibus respiret & reddat: tegitur quasi quodam operculo, quod ob ea causam datū est, ne siquid in eam cibi incidisset, spiritus impediretur. Hæc omnia sunt apud Aristotelē partim in hoc libro, partim in eo quem modo nominavi ac eodē capite, Quod enim ait arteriam Cicero ad pulmones usq; pertinere, ita est, τὸ Μέτρον τοῦ πνεύματος τοῦ πνεύματος, ο δ' εἰς τὸ πνεύματα. Illa enī, i. guttur & arteria ad pulmonē & corpori pertinet, hic, i. stomachus, ad alium. Hoc posterius Cicero dicit eodē loco, Aliū sine alii natura subiectū esse stomacho, Sed cū alii natura subiecta stomacho, cibi & potionis sit receptaculū, &c. Ex quo perspicuum est, id quod antea dixi, οὐλίαν, aliū à Cicerone dici. Sed alia persequamur, Quod Cicero dicit annexi ad linguā, & adiungi linguæ radicibus, hoc ipso loco quē tractamus, Aristoteles vocat, περὶ τῶν σομάτων. Quod genō dicēti ut elegiis notabimus. Hoc ipsum interdū adhaerere dicit Cicero, ut ego feci. velutie ad eadē pagina his verbis, Ex intestino autem & alio secretus à reliquo cibo succus quo alimur, permaneat adiecur, per quasdam, &c. Vias que pertinet ad iecur, eiq; adhaeret. Quod Cicero ait de epiglottide (Plinius enim græcum usurpat) id est apud Aristotelē eodē loco, η δ' αἴσθησι τῷ διακειθαι, καὶ τὰς εἴσω πλευράς, οὐ πᾶς τροφής εἰσχλεῖται, δηλαφύσις περὶ τοῦ μερικούς τοῦ πνεύματος τοῦ επιγλωττικοῦ. Arteria autem quoniam superiorē, ut diximus, loco sita est, à cibo leditur, sed natura contra hoc epiglottidam, parvā linguā cōparauit, & excogitauit. In hoc autem quē nūc explanamus libro planius dicit, Ait enim cap. 4. οἰον πάμα his verbis, οἷς πλευτεροῖς εἰπάσθαι εἰπεῖν αἴσθησι τῷ πνεύματi τοῦ επιγλωττικοῦ. Itaque sic ego transluxi. Atque in quadrupedibus quidē & in ijs quæ sanguinē habent arteriae tegitur epiglottide quasi quodam operculo.

In Cap. III.

αἴσθητε μὲν τὸ πνεύμα, οὐ διέπειτο τὰς φύσις εἰς χελυόis, αἴσθησιν. αἴσθησιν δὲ τὸ πνεύμα, δηλαφύσιν, εἰπεῖν δὲ τὸ αἴσθησι τὸ πνεύμα χλεψαν. σωμάτων οὐκ εἰπεῖν τὰς φύσις, εἰπεῖν τὰς φύσις, εἰπεῖν τὰς φύσις, εἰπεῖν τὰς φύσις. homines enim quoniam relaxato loco & sede respirādi, quæadmodū folles atcolle-re solent in officinis erarij, respirāt, eos calore tollere cōsentaneū est, & sanguinē caloris locū obtinere. Astringētes autem & suffocātes, ut illic folles, animā efflant) Animā efflare, & spiritum edere aliquot locis dico proanimā reddere. εἰπεῖν in hac re relaxare, & dilatare dico cū Cicerone,

¶ σωμάτιον ac σωμάτιον astringere & cōtrahere. quod fortasse hoc loco
natura vīcē efficit. suffocare enim. siue strāgulare folles fabri nō dicūtur.
sed cōprimere & astringere. Itaq; hoc malo dicere. In 2. de natura deorū
loquēs de alui natura. Est autē inquit multiplex & tortuosa &c. cāq; tu
astringitur. tū relaxatur. & quæ sequuntur. Paulò infra. In pulmonib⁹ au
tē inest raritas quedā & assimilis spōgijs mollitudo ad hauriēdū spiritū
aptissima: qui tū sc̄e cōtrahunt aspirantes. tū spiritu dilatant. & quæ se
quuntur. quā hoc loco Cic. raritatē in pulmonibus inesse dicit & assimili
lem spōgijs mollitudinē. eā puto ab Aristotele significari hoc lib. multis
locis. cu pulmone τομφὸν appellat. i. fungosum ut ali⁹ interpretātur. &
σπόγγην plenū. Itaque aliquot locis hoc illius dicēdi genus secutus sum.

In Cap. IIII.

ἥ τροφὴ μὲν ἡδη γινέται τῷ μέρει τῆς γάστρος, ἥ τε αἷματος φύσις
ζεῖ, i. Succus enim is ex quo iam partes animatibus nascentur, natura est
sanguinis.) Hoc genus dicēdi, οὐτε αἷματος φύσις, pro αἷμα, Cicero ἀγρε-
cīs mutuatus est. Ait enim in 2. de natura deorum, Sed cum alii natura
subiecta stomacho, cibi & potions sit receptaculum, & quæ sequuntur.

δῆλον δ' ἡμῖν τὸ εἰν τῷ αἰαλῷ μὲν γ., οὐδὲν quod quidē nobis apertis corporibus cōstituit) δῆλον hoc loco ad tēpus futurū etiā referri potest. αἰατομῆς Cic. aperire corpora videtur dicere. in 2. Acade. his verbis, Corpora nostra nō nouimus, qui sint situs partii: quā vim quaeque pars habeat, ignoramus. Itaq; medici ipsi, quorū intererat ea nosse, aperuerūt, vt ea vide rēt. Hoc gallicæ nostræ liguæ respōdet. Nā ouurir etiā in hac re quod est aperire dicim⁹. Cic. eodē loco perfecare etiā dicit, patefacere, detegere & dividere: Cohæret enī hæc orō cū superiore, Nec eo tamē aiūt Empiricis notiora esse illa, quia pos̄it fieri, vt patefacta & detecta mutētur. Sed ecquid nos eodē modo rerū naturas perfecare, aperire, diuidere pos̄im⁹, vt videamus, terrāne penitus defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat, an media pēdeat? Patefactio igitur Latinè dicetur ī αἰαλῷ μῆς & perfectio, & diuisio.

Φλογὴ δὲ πυρὸς, ὁπερεὶ ἐρχεται πρότερον, σέρεις ή μάργαροις, i. Ignis autem iteritus, quemadmodum ante dictū est, duplex est, restinctio & consumptio) μάργαρον consumptione dico, λάγουρον, & inuitus interdū, marcore, quod vnu ceteri dicunt. Consumptionē dico propterā quod ignē Cicero in 2. de natura deorū omnia dicit consumere. Itaq; eū rerū omnīū consumptore vocat. Quod dignis propriū esse in hac etiam re, aut ad eū recte transferri posse hinc intelligi potest, quod Aristoteles his in libris qui parva naturalia dicuntur, sepe minore flammā & maiore dicit cōfici atq; cōsumi, quod alij

*dicūt absumi. Ita fit ut ignis se ipse cōsumat. Verba Ciceronis hæc sunt,
Atque hic noster ignis, quē v̄sus vitæ requirit, cōfector est & cōsumptor
omnium. Lāguore etiam pafavor recte appellari putò, quid ignis cū sine
pastu interit, quasi languore quodam videatur confici.*

δῆμα φθέρεται ταῦτα καὶ λέγεται ἀπόντιγες οἱ πληρεμένοις τῆς κοιλίας αι, καὶ φειρομένα τὸ εἰ τῶν ὕστερων ὥματα ὑγρά. διὸ καὶ τὴν τέφραν χρονι-
σθέντα αὐστανται, i. Sed cōficiuntur hæc suffocariq; dicūtur tū deniq; cū νε-
ter cōpletur iſq; humor qui in septo trāſuersō inest, cōsumitur. Itaq; si diu
in cinere foneātur, reuiuscūt.) Huius rei mentionē facit Lucianus in muscæ
encomio. ὑπὲρ ὥματα ab omnib^o septū trāſuersū dicitur. Id Ari. in tertio de
partiibus animatiū φεγγας nūcupari dicit, quod uerbū præcordia trāſerit

¶ N° 3º ολίγοι εχεντος θερμόν, ο ακριβέστερον εών πολύ χρόνον κα
τετύχειν, οιον της παλαιότεροις ή της πλήρεσιν. *i. Quia enim parvo ca*
lore prædicta sunt, ea diu aer refrigerare potest: quo in genere ea sunt, que
mollis testa obducta sunt, & polypi) πολύποδες ego polypos dico, ut cæte
ri. Atque haud scio, an ad omnia genera eorum quæ multos pedes habent, hoc
verbū referri debeat. Nō erit hoc loco alienū de animatiū itegumētis dice
re. μαλακόστραγγεα dicuntur quæ molli testa tecta sunt, μαλακια & molli
corio, φολιδωτα, quæ squamis obducta sunt. φολις enim in hac re idem quod
λεπίς efficit, ut Arist. cap. 6. primi lib. de historia animatiū, his verbis,
ὅτα δ' ὁ τόπος, φολίδες εἰχε. εἴ δ' ἡ φολις ὄφοιον χάρξῃ λεπίδος, i. O-
mnia autem quæ oua pariunt cortice habent, cortex vero & squama eiusdem
sunt generis. Itaque paulo post τολιδωτα ea dico quæ squamis obducta sunt.
alia ὄφακόδες μα dicuntur, quæ dura testa obducta sunt. ut cochæ, & ostrea
ὄφακον enim Aemylius Prob^o testa vocat. Cic. in 2. de natura deorū plurimi-
bus verbis hæc dicit, Animantiū vero quæta varietas est? quæta ad eam
re vis, ut in suo quæque genere permaneat? quarū aliae corijs etiæ sunt, aliae
*villis vestitæ, aliae spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus ob-
ductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pénarum. Hoc po-*
*stremū est in hoc libro πλεωτα, quæ alio loco perniciitate pénarum uti di-
cit, alio loco pennigerā nominat. His ergo verbis aliisque eiusdem generis*
*græcae superiora interpretemur, nō ijs quibus plerique utuntur, ea enim mol-
lia, testacea, corticata, & crustacea & incrustata nominant.*

In Cap. VII I.

καὶ πόρος δὲ πρὸς τὰς καρδίας σῆς τὴν πόρων, ηγεταῖς χομέναις, σωμα-
ξύσαι, ηγάφιασι τὸ ὑδατό. Cum autem per itinera et vias in cor delabitur,
atque refrigeratur, contrahuntur aqua quae effunduntur) πέρι αὐτῆς ομιλεῖται, meatus
dicuntur ab omnibus. Ego πέρι τῶν vias, itinera et introitus cum Cic. dico.

